

bero arbitrio, nec sunt dona specialia, quamvis creatura per auxilium generale ad eas præmoveatur. Itaque cum adjutorium datum Adamo & Angelis illis dederit potestatem se applicandi ad actus meritorios, actus illi meritorii non erant specialia dona Dei, sicut actus boni hominis infirimi qui sunt auxilio gratiæ victricis non præsupponentis completum posse.

DISPUTATIO XXVI.

De causâ gratiæ.

Quia gratia actualis est motio transiens nec permanenter animam perficit, sed solum dat posse operari vel actu operati. Causa illius non queritur, cum potius sit ipsum quo Deus in nobis bonum causat; sed inquiritur causa gratiæ habitualis.

QUÆSTIO I.

An solus Deus sit causa gratiæ.

Causa efficiens est duplex principalis & instrumentalis, certum est Deum esse causam principalem gratiæ & creaturam posse esse causam instrumentalem gratiæ sanctificantis ut docet S. Th. 3.p.Q.62.A.5. O. ubi ita: *principalis causa efficiens gratiæ est ipse Deus, ad quem comparatur humanitas Christi, sicut instrumentum conjunctum, Sacramentum autem sicut instrumentum separatum.* Difficultas autem quæ in præsenti examinatur, est, an solus Deus sit ita causa principalis gratiæ sanctificantis, ut repugnet aliquam creaturam esse causam principalem physicè productivam gratiæ.

DICO. *Impossibile est, quod aliqua creatura graciæ causet* S. Th. hic Q. 112. A. 1. O.

Probatur 1. Ille solus potest esse causa principalis gratiæ, qui potest esse causa principalis justificationis

De
tionis: cum p
liter justificati
elle causa pri
sest facere mun
nonne in qui so
deleo iniquitate
quis est qui cona
Probatur 2.
sare gratiam sa
te & reddere co
cipaliter deifica
veni principali
num formaliter
naturam divina
tinet in se, no
nationem simil
ficare; item q
connaturaliter
quam fit filiation
ad gloriam æte
naturaliter hab
creatrum potest
eminenter; c
Deo, nec for
natura divina e
connaturalis,
Ex quo seq
causa principa
lium; quia
tingere forma
tes consequen
tium superna
tes ad gratiam
Obj. Potest
vinz naturæ a

tionis : cum per gratiam sanctificantem fiat formaliter justificatio peccatoris ; atqui solus Deus potest esse causa principalis justificationis : nam quis potest facere mundum de immundo conceptum de semine ? nonne tu qui solus es ? Job. 14. v. 4. ego sum qui deleo iniquitates Is. 43. v. 25. Deus qui justificat , quis est qui condemnat ? Rom. 8. v. 33. & 34.

Probatur 2. Ratione S. Th. principaliter causare gratiam sanctificantem est principaliter deificare & reddere consortem divinæ naturæ ; atqui principaliter deificare convenit soli Deo : quia cui convenit principaliter deificare , debet naturam divinam formaliter vel eminenter continere : qui enim naturam divinam nec formaliter nec eminenter continet in se , non potest illam per quandam participationem similitudinis communicare , quod est deificare ; item qui principaliter adoptat filium , debet connaturaliter habere illam naturam , secundum quam fit filiatio participativa. Demum qui dat jus ad gloriam æternam velut hereditatem , debet connaturaliter habere jus ad gloriam , atqui nullum ens creatum potest in se naturam divinam continere nec eminenter : quia hoc ipso esset aliquid perfectius Deo , nec formaliter : quia jam esset ipse Deus , nec natura divina aut visio beata potest ulli creaturæ esse connaturalis.

Ex quo sequitur : quod creatura non potest esse causa principalis habituum aut virtutum supernaturalium ; quia causa , quæ suâ actione non potest attingere formam etiam non potest attingere proprietates consequentes ad formam ; habitus autem virtutum supernaturalium sunt proprietates consequentes ad gratiam.

Obj. Potest dari qualitas , quæ sit participatio divinæ naturæ aut voluntatis : ut patet in gratia sanctifi-

cante & habitu charitatis & plurium aliarum virtutum, ergo etiam produci potest qualitas, quæ sit participatio divinæ omnipotentiæ, sive virtutis Dei operantis, ut est Author supernaturalis, atque talis qualitas erit virtus causativa principalis gratiæ sanctificantis: ergo habens talem qualitatem potest principaliter gratiam habitualem causare.

R. N. Mi. quia ut participatio divinæ omnipotentiæ posset gratiam producere deberet esse tanta, ut adæquaret ipsius naturæ divinæ perfectionem, deberet enim in se includere naturam divinam in statu perfecto, agens enim principaliter, quod communicat principaliter naturam suam, debet ipsam habere in statu perfecto, hoc autem non haberet participatio divinæ omnipotentiæ.

Obj. 2. Qui producit per modum causæ principalis ultimam dispositionem ad aliquam formam, dicitur principaliter producere ipsam formam; atque homo principaliter producit ultimam dispositionem ad gratiam: nempe actum charitatis & contritionis.

R. 1. N. Maj. quia quamvis generans ponat ultimas dispositiones ad unionem animæ cum corpore, non tamen ideo est causa ipsius animæ.

R. 2. Distinguendo Maj. qui producit per modum causæ principalis ultimam dispositionem ad formam educibilem è potentia naturali subjecti, dicitur principaliter producere ipsam formam Cen. educibilem tantum è potentia obedientiali subjecti N. elicit quidem principaliter homo charitatis & contritionis actus, qui sunt ultima dispositio ad gratiam tanquam formam educibilem de potentia obedientiali animæ, quæ per modum radicis presupponitur omni rationi perfectæ supernaturali, non autem tanquam formam educibilem de potentia naturali animæ

De
unione, maj. aut
naturali non in
tali.

Obj. 3. Homo
penaturalium:
huc &c. cur ergo

R. Negando
nes supernaturali
perfectionis & si
tus & luminis gl
ria in ordine sup
potest, sive virt
radicaliter gratia
pens eandem pi

Obj. 4. Actus
principaliter; er
principaliter prod
elevatus est per lu
nem beatificam,
titatis potest prin
cur ergo anima ei
alio homine prin
elevata per chari
charitatis?

R. Negand
simili: quod h
ideoque possunt
autem supernatur
non producunt
simili est: quo
aut actus vitale
tia vitali princ
liter sibi relata
duo principia;
currant ad act

animæ, maj. autem tenet de formâ educibili è potentia naturali non in formâ educibili è potentia obedientiali.

Obj. 3. Homo est causa principalis operationum supernaturalium : ut dilectionis Dei , visionis beatificæ &c. cur ergo non potest esse causa gratiæ ?

R. Negando conseq. disparitas est : quod operaciones supernaturales præsupponant principia ejusdem perfectionis & speciei nempe habitus infusos Charitatis & luminis gloriæ ; gratia autem cum sit ipsa natura in ordine supernaturali radicem præsupponere non potest , sive virtute in aut habitum per quem homo radicaliter gratiam sanctificantem contineat ac ita sit potens eandem producere.

Obj. 4. Actus naturales producunt habitus naturales principaliter ; ergo etiam actus supernaturalis possunt principaliter producere gratiam , & quando intellectus elevatus est per lumen gloriæ , potest producere visionem beatificam , & voluntas elevata per habitum charitatis potest principaliter producere actum charitatis , cur ergo anima etiam elevata per gratiam non potest in alio homine principaliter producere gratiam aut anima elevata per charitatem non potest producere habitum charitatis ?

R. Negando conseq. disparitas est in primo simili : quod habitus naturales dent faciliter posse , ideoque possunt produci per actus naturales ; habitus autem supernaturales dant simpliciter posse , & ideo non producuntur per actus supernaturales. In secundo simili est : quod visio beatifica , actus charitatis &c. sint actus vitales ideoque debeant procedere à potentia vitali principaliter , non à potentia vitali naturaliter sibi relictâ , sed à potentia vitali elevata , ita ut duo principia : unum naturale aliud supernaturale concurrant ad actum supernaturalem , cum talis actus

ita sit vitalis à potentia vitali procedens, ut simul sit intrinsecè supernaturalis. Habitus autem charitatis, lumen gloriæ & ipsa gratia habitualis sunt principia purè supernaturalia ideoque à solo Authore supernaturali procedere possunt.

Q. An gratia educatur vel creetur?

R. Gratiam educi de potentia animæ non naturali sed obedientiali. Ratio est: quia omnis forma creatur vel concreatur vel educitur; atqui gratia non creatur: quia quod creatur, debet ex suâ naturâ aptum esse & petere ut per se existat independenter à subjecto, ut constat in animâ rationali; gratia autem sanctificans est forma accidentalis. quæ non potest existere extrâ subjectum, ideoque producitur dependenter à subjecto sustentante, cui inhæret, quod repugnat creationi, quâ producitur aliquid independenter à subjecto. Deinde gratia non concreatur: quia quod concreatur terminat secundariò actionem creativam alterius termini primarii: sic voluntas Angeli fuit concreata: quia eâdem actione creativâ, quâ primariò producebatur substantia Angeli, est producta, atqui gratia non producitur eâdem actione, quâ creatur substantia animæ; ergo educitur è potentia animæ: non naturali, quæ non datur ad formas supernaturales; ergo ex potentia obedientiali; & quidem per actionem transmutativam subjecti vel formaliter, quando anima à privatione & non esse gratiæ transit ad esse gratiæ, vel virtualiter, quando actio creativa substantiæ animæ & actio infusiva gratiæ in eodem instanti per accidens conjunguntur: ut in animâ Adami & Angelis, in quorum creatione substantia Angelorum & Adami solum prioritate naturæ præcedebat infusio nem gratiæ.



QUÆ-

DE
QU
An ex parte hom
Et preparati

Q Uæstio procedit
Q qui parvuli si
cur gratiam habitua
cum dispositiones ad
actus liberti arbitrii,
sunt incapaces, Q
dicit.

DICO, Gratia d
omiipotens habituale
auxilium Dei move
per modo accipiend
e qua gratia prepara
materiâ dispositâ,
infusionem gratiæ
positiones, quæ co
ad quos per auxiliu
ratur,

ima Pars: quod
quatur aliqua dispo
qui fecit te sine te
nientem, justifi
f: quia sicut in
transit à privatione
ribus dispositionib
lunt, & formam no
ut in mutatione sup
tutionis non transfe
gratiæ, nisi med
tione voluntariæ fus
qui nunquam fuerui
que voluntate perso

QUÆSTIO II.

*An ex parte hominis requiratur aliqua dispositio
Et preparatio ad gratiam habitualēm.*

Questio procedit non de quālibet infusione gratiæ; quia parvuli suscipientes Baptismum consequuntur gratiam habitualēm sine præviis dispositionibus: cum dispositiones ad gratiam, ut statim dicetur, sint actus liberti arbitrii, quorum parvuli ante usum rationis sunt incapaces. Questio igitur procedit de solis adultis.

DICO. Gratia dicitur dupliciter: quandoque quidem ipsum habituale donum Dei, quandoque autem auxilium Dei moventis animam ad bonum. Primo igitur modo accipiendo gratiam præexigitur ad gratiam aliqua gratiæ præparatio: quia nulla forma potest esse nisi in materia disposita, S. Th. hic Q. 112. a. 2. O. Sive ad infusionem gratiæ habitualis requiruntur aliquæ dispositiones, quæ consistunt in motibus liberi arbitrii, ad quos per auxilium gratiæ excitamur & coadjuvamur.

I ma Pars: quod in adultis ad infusionem gratiæ requiratur aliqua dispositio constat ex illo vulgato S. Aug. qui fecit te sine te, non justificat te sine te, fecit nescientem, justificat voluntate. *Ratio congruentia est:* quia sicut in mutatione naturali subjectum non transit à privatione formæ ad formam, nisi medianibus dispositionibus, quæ formam antiquam expellunt, & formam novam inducunt, ità congruum est, ut in mutatione supernaturali subjectum habens usum rationis non transeat à privatione voluntaria gratiæ ad gratiam, nisi mediâ aliquâ præparatione & dispositione voluntariè susceptâ, quam Deus supplet in iis, qui nunquam fuerunt rationis capaces; quia tales absque voluntate personali contraxerunt maculam peccati,

ideoque convenit suavi Dei providentiæ, ut etiam sine actu personali interveniente possint à maculâ peccati liberari & gratiam sanctificantem recipere.

2da Pars: quod illæ dispositiones sint motus liberi arbitrii: probatur: quia cum gratia sit quædam participatio divinæ naturæ, per quam contrahitur amicitia divina, quam homo suis liberis actibus transgrediendo legem violavit, dum se inclinavit ad terrena & avertit à Deo, conveniens fuit, ut ad eandem amicitiam recuperandam se suis liberis actibus disponeret ad Deum omnia convertendo.

3tia Pars: quod ad illos motus anima per auxilium gratia actualis excitari & adjuvari debeat: probatur: quia homo ex solis viribus naturæ nec proximas nec remotas dispositiones ad gratiam sanctificantem ponere potest, non proximas; quia ut aliquid sit dispositio proxima ad formam aliquam inducendam, debet esse ejusdem ordinis cum formâ, cuius est dispositio: cum dispositio debeat esse proportionata formæ, ad quam recipiendam subjectum aptum reddit, si enim non sit proportionata formæ, subjectum talem dispositionem habens non magis erit aptum cum illâ quam sine illâ; sed quidquid ponitur ab homine viribus naturæ, est ordinis naturalis, ideoque improportionatum ad gratiam, quæ est ordinis supernaturalis; non potest etiam ponere dispositiones remotas, quia homo ex se & viribus naturæ non potest facere exordium salutis.

Obi. 1. Agens infinitæ virtutis non potest habere necessarias dispositiones in subjecto ad aliquam formam introducendam; atqui Deus Author gratiæ est agens infinitæ virtutis, ergo ad infusionem gratiæ non requirit dispositiones.

2. Distinguendo maj. agens infinitæ virtutis non requirit dispositiones propter suam indigentiam, cum habeat omnipotentiam Con. non requirit dispositio-

nes

D: C
ne ex parte recipien
pius N. quia cur
violentia sed propr
qua sit per gratiam
genera cause materia
causa ex divinâ mo
Obj. 1. Quando
ponitur ad gratiam, c
ut; non enim in c
ui se habere mere p
ponit ad gratiam.

3. Distinguendo
dupliciter se; id est
non verè operatur
ut sit effectus gra
tia ex se duplicit
pot moveri à pri
ori motionem spec
ificam arbitrium ex se
se ad gratiam, a
 principio intrisec
tus motio principi
ponit ad gratia
men cum exclusio
per motentis & ex

Obj. 3. Homini
congrat gratiam, i
di commune Axiom
viribus naturæ facit
gratiam.

4. Homini faci
Dei auxilio, Deus
quod in se est ex vi
ratiam N. quo
riam remotè resp

nes ex parte recipientis, ut forma connaturaliter recipiatur N. quia cum voluntas nequeat immutari per violentiam sed proprio motu, ideo ad immutationem, quæ fit per gratiam, debet in adulto præsupponi in genere causæ materialis dispositio per proprium actum causata ex divinâ motione.

Obj. 2. Quando homo per liberum arbitrium disponitur ad gratiam, operatur liberum arbitrium aliquid ex se: non enim in obtainendis dispositionibus ad gratiam se habet mere passivè; ergo efficere potest dispositionem ad gratiam.

R. Distinguendo ant. operatur liberum arbitrium aliquid ex se: id est ipsa facultas quæ est liberum arbitrium verè operatur Con. id est operatur aliquid quod non sit effectus gratiæ N. liberum arbitrium aliquid operari ex se dupliciter intelligi potest: 1^o Ut sit idem, quod moveri à principio intrinseco excludente omnem motionem specialis agentis extrinseci, & sic liberum arbitrium ex se & sibi relictum non potest disponere se ad gratiam. 2^o Operari ex se significat moveri à principio intrinseco, ità tamen, ut non excludatur omnis motio principii extrinseci, & ità homo, dum disponitur ad gratiam, operatur quidem aliquid, non tamen cum exclusione omnis principii extrinseci specialiter moventis & excitantis.

Obj. 3. Homini facienti quod est in se Deus non denegat gratiam, sed eam infallibiliter confert, quod est commune Axioma Theologorum; atqui homo ex viribus naturæ facit, quod in se est; ergo se disponit ad gratiam.

R. Homini facienti, quod in se est ex præveniente Dei auxilio, Deus non denegat gratiam Con. facienti quod in se est ex viribus naturæ infallibiliter Deus dat gratiam N. quoad actus hominem disponentes etiam remotè responsio confirmatur **Can. 6. Con.**

Arausic. Si quis sine gratia Dei , credentibus , voluntibus , desiderantibus , conantibus , laborantibus , vigilantibus , studentibus , potentibus , pulsantibus nobis misericordiam Dei dicit conferri divinitus non autem ut credamus , velimus vel hæc omnia sicut oportet , agere valeamus , per infusionem ac inspirationem S. Spiritus in nobis fieri confitetur ; & aut humilitati aut obedientiæ subjungit gratiæ adjutorium , nec ut obedientes & humiles simus , ipsius gratiæ donum esse consentit , resistit Apostolo dicenti quid habes , quod non accepisti. 1. Cor. 4. & gratiâ Dei sum id quod sum. Axioma intellectum de actibus pure naturalibus caret fundamento , de quo statim.

Obj. 4. Auxilia actualia gratiæ , quibus homo excitatur ad pios motus arbitrii , non exigunt dispositiones ad sui receptionem ; ergo nec gratia habitualis in recipiente exigit aliquam præparationem ; adde : quod Deus juxta Con. Arausic. Can. 4. ut à peccatis purgimur voluntatem nostram non exspectet ; atqui si gratia habitualis requireret pios motus voluntatis tanquam dispositiones , Deus volens à peccato hominem mundare deberet exspectare voluntatem , ut homo se ad gratiam præpararet.

Ré. Concesso ant. negando conseq. disparitas est inter auxilia gratiæ actualis ac gratiam sanctificantem , quod auxilia actualia gratiæ , cum sint quasi viales formæ , quibus homo movetur ad eliciendos actus disponentes ad formam perfectam gratiæ sanctificantis , & ideo non requirunt ad sui receptionem aliam dispositionem ; gratia vero habitualis est forma perfecta & permanens , ad quam ut connaturaliter recipiatur , requiritur dispositio ; cum quo tamen stat , quod in justificatione Deus non exspectet voluntatem hominis : quia non exspectat voluntatem nostram , ut primam gratiam vocantem & excitantem tribuat , à quâ incipit nostra

DE
nostra justificatio;
et illos , quibus
disponatur.
Q. An actus imm
pudam ab ipsâ grati
a. Contritio per
procedunt ab ipsâ gra
ficiens vel formalis
rædicit actibus , q
ius illi prioritate na
a. Responsio sun
i. 4. ad Q. lan
v. qui sunt in ipsâ
ibidem ultima ad grati
nigendum in via c
ontra formalis &
dam , quid dispo
me ordine naturæ ;
quam etiam sub
liberi arbitrii
ngratia , sequitur
fundamentalis est :
eternæ : nisi pr
ta , quo homo vi
talis in ordine su
ordine supernaturæ
fiant , quæ est pri
morum , ut aliqui
bet procedere à pr
ai contritio vel actu
do ad gratiam , est
datus justificatus ex
amineret vitam æterni
an. 31. Con. Tric
minem adulterum pe

nostra justificatio; sed efficaciter voluntatem moyet ad actus illos, quibus ad gratiam sanctificantem homo disponatur.

Q. An actus immediate & proximè disponentes ad gratiam ab ipsâ gratiâ habituali procedant?

R. Contritio perfecta & dilectio Dei super omnia procedunt ab ipsâ gratiâ habituali, ita ut in genere causæ efficientis vel formalis gratia habitualis sit naturâ prior prædictis actibus, quamvis in genere causæ materialis actus illi prioritate naturæ præcedant gratiam habitualem. Responsio sumitur ex Doct. S. Th. in 4. dist. 17.

Q. I. a. 4. ad Q. lam 2. ubi dicit: *ideò, cum isti motus, qui sunt in ipsâ justificatione impii, sint quasi dispositio ultima ad gratiæ susceptionem, suo modo præcedunt quidem in via causæ materialis, sed sequuntur in via causæ formalis & hic* **Q. 113. a. 8.** ad 2. dum dicendum, quod dispositio subjecti præcedit susceptionem forma ordine naturæ; sequitur tamen actionem agentis, per quam etiam subjectum ipsum disponitur. Et ideo motus liberi arbitrii naturæ ordine præcedit consecutionem gratiæ, sequitur autem ejus infusionem. Ratio fundamentalis est: quia nullum est opus meritorium vitæ æternæ: nisi procedat à gratiâ sanctificante, cum actus, quo homo vitam æternam meretur, debeat esse vitalis in ordine supernaturali, ut autem sit vitalis in ordine supernaturali, debet procedere à gratiâ sanctificante, quæ est principium vitæ supernaturalis, quemadmodum, ut aliquis actus sit vitalis in ordine naturali, debet procedere à principio radicali vitæ naturalis; at qui contritio vel actus Charitatis, qui est ultima dispositio ad gratiam, est meritorius vitæ æternæ; alias si adultus justificatus extra Sacramentum statim moreretur obtineret vitam æternam absque ullo suo merito contra Can. 32. Con. Trid. sess. 6. de justificar ubi definit: hominem adultum per sua bona opera mereri gloriam

& ejus augmentum ; sicut igitur in naturalibus ultima dispositio ad formam ignis procedit ab ipsâ formâ velut proprietas dimanans ab essentiâ , itâ ut forma sit in genere causæ formalis emanativæ prior dispositio ne , quamvis dispositio in genere causæ materialis præcedat formam teste D. nostro 3. p. Q 7. 2. 13. ad 2. *Calor* , qui fuit dispositio ad formam ignis , est effectus profluens à formâ ignis jam praexistentis . Eodem modo in supernaturalibus motus liberi arbitrii , qui ultimo disponunt ad gratiam , procedunt ab ipsâ gratiâ & sunt ipsâ gratiâ posteriores in genere causæ formalis & emanativæ .

Dices 1. Effectum aliquem esse dispositionem ad suam causam præsupponit effectum esse & non esse : quod enim causat , intelligitur esse , quod causatur , intelligitur non esse .

¶. Distinguendo ass. præsupponit effectum esse in aliquo instanti naturæ in quo non intelligitur esse cau sa Con. In aliquo instanti reali in quo non sit causa N. Nullum autem est absurdum in aliquo priori naturæ intelligere contritionem in ratione dispositionis , in quo non intelligitur gratia : illud enim intelligitur prius in aliquo genere causæ ; quod in illo genere cau sa causat , illud verò posterius , quod in illo genere causæ causatur ; atqui in genere causæ materialis dispositivæ causat contritio & causatur gratia ; in genere autem causæ formalis dimanativæ causat gratia & causatur contritio ; ergo in genere causæ formalis dimanativæ prior est gratia .

Dices 2. Nulla forma potest suum subjectum disponere effectivè ad sui receptionem , & itâ esse causa suiipsius , atqui si ultima dispositio ad gratiam procederet à gratiâ effectivè , ipsa gratia mediante contritione disponeret subjectum ad sui introductionem & itâ esset causa suiipsius .

¶. Ne-

De
¶ Negando mi
pationis ultimæ ,
et dispositivè causai
nre causæ formalis
io et actus meritor
charitatis à gratiâ di

Dices 3. Actus
dispositio ad produc
tem habitu procede
tia per se loquendo
cum habitualem ,
dare ,

¶ Negando co
muniacquisitæ ult
roducat effectivè iq
uisitive , ut proce
dam gratiâ , non
solum in genere
ponit : quia habitu
sufficienter per nostr

Q U
An necessario de
Commune est ?
C homini facie
rum , quod in dup
Deus homini facie
bus non deneget gi
ficienzi quod est ir
gratiā non deneg
an dictum illud in
per vites naturales f
consequatur gratiar
DICO. Donum
m virtutis huma

R. Negando mi. Quia gratia non est causa suæ dispositionis ultimæ, ut hæc in genere causæ materialis est dispositivè causans, sed est causa contritionis in genere causæ formalis, est enim forima per quam contritio est actus meritorius mediante habitu pœnitentiae & charitatis à gratiâ dimanantis elicitus.

Dices 3. Actus virtutis acquisitæ, qui est ultima dispositio ad productionem habitus, non potest ab eodem habitu procedere; ergo neque actus charitatis infusa per se loquendo, qui est ultima dispositio ad gratiam habitualem, potest ab habitu charitatis procedere.

R. Negando conseq. Disparitas est: quod actus virtutis acquisitæ ultimus ut procedens à libero arbitrio producat effectivè ipsum habitum, actus autem virtutis infusa, ut procedit à libero arbitrio moto per auxilium gratiæ, non producit effectivè habitum gratiæ, sed solum in genere causæ materialis ad habitum disponit: quia habitus supernaturales non producuntur efficienter per nostros actus.

Q U Ä S T I O III.

An necessariò detur gratia facienti quod est in se?

Commune est Theologorum proloquium: Deus homini facienti quod in se est, non denegat gratiam, quod in dupli sensu intelligi potest 1mō. Quod Deus homini facienti, quod est in se ex puris naturalibus non deneget gratiam. 2dō. Quod Deus homini facienti quod est in se per vires supernaturales gratiæ gratiam non deneget. Quæstio igitur in præsenti est, an dictum illud in primo sensu sit verum, ità ut si homo per vires naturales faciat quidquid potest, infallibiliter consequatur gratiam. De quo.

DICO. *Donum gratiæ excedit omnem preparacionem virtutis humanae.* S. Th. hic Q. 112, a. 3. Q. Sive

ex viribus naturæ facienti quod est in se non necessariò datur gratia.

Probatur 1. Ex S. Scriptura in quâ plura referuntur exempla eorum qui multis malis operibus peractis, ad gratiam misericorditer à Deo assumpti sunt, & soli misericordiæ divinæ tribuitur, quod aliquibus concedatur gratia, quæ aliis non conceditur, ut non volentis neque currentis, sed miserentis sit Dei Rom. 9.

2. Ex Con. Trid. quod sess. 6. de justificat. cap. 5. declarat: *Ipsius justificationis exordium in adultis à Dei per Jesum Christum præveniente gratiâ sumendum esse: hoc est ab ejus vocatione, quâ nullis eorum existentibus meritis vocantur: atqui si facienti quod est in se ex viribus naturæ Deus necessariò daret gratiam exordium justificationis non esset à præveniente gratiâ, sed ex ipsis liberi arbitrii viribus.*

3. S. Th. loc. cit. illud probat ita: *Homo comparatur ad Deam sicut lutum ad figulam, secundum illud Jerem. 18. Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu meâ; sed lutum non ex necessitate accipit formam à figulo quantumcunque sit præparatum; ergo neque homo recipit ex necessitate gratiam à Deo quantumcunque se præparet.* Cujus hæc fundamentalis est ratio: quia quæcunque præparatio facta ex viribus naturalibus est solum ordinis naturalis, nulla autem forma ordinis naturalis habet proportionem ad formam supernaturalem, & consequenter nulla præparatio naturalis habet connexionem cum gratiâ, quæ est forma supernaturalis.

Obj. 1. Qui non ponit impedimentum gratiæ, se præparat ad gratiam: quia quandocunque Deus nobis denegat gratiam, id provenit inde, quia impedimentum gratiæ ponimus; atqui homo ex se potest non ponere impedimentum gratiæ: quia homo ex propriis viribus potest non peccare & præceptum aliquod juris

D
naturalis facile in
se & infallibilit
p. Qui non j
gratiam negative
gratia potest impl
aliquid peccatum
telt tamen vitare c
vincere quamlibet
multo minus pote
viribus elicere act
guia; ut enim
Definitus gratia pr
gratiæ prima caus
Perditio tua exte L
runt.

Obj. 2. Deus l
uralem servanti d
iam, Deus hor
legem naturalem e
le; ergo Deus ho
negat gratiam & c
N maj. D
servanti non dat i
t; specialiter, u
conqueretur, c
et præparatio ad
ad inquantum es
cit in O. ubi ita
tu, quod in se e
modo secundum q
hoc nullam habet
qua donum graci
tis humana, al
quid est à Deo m
id, ad quod ordin
l. 2. Theol.

naturalis facile implere, quod si faciat, faciet quod est
in se & infallibiliter consequetur gratiam.

R. Qui non ponit impedimentum se præparat ad
gratiæ negativè Con. positivè N. Homo sine speciali
gratia potest implere aliquod præceptum, & ita vitare
aliquod peccatum, quod impediret gratiam; non po-
test tamen vitare omnia peccata sine speciali auxilio, nec
vincere quamlibet gravem temptationem ad peccatum,
multò minus potest se disponere ad gratiam aut propriis
viribus elicere actum, qui habeat connexionem cum
gratiâ: ut enim docet Praeceptor noster l. cit. ad 2.
*Defectus gratiæ prima causa est in nobis sed collationis
gratiæ prima causa est à Deo secundum illud Osee 13.*
Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium
tuum.

Obj. 2. Deus homini ex viribus propriis legem na-
turem servanti dat gratiam, si enim huic denegaret gra-
tiam, Deus hominem prius desereret; atqui servans
legem naturalem ex propriis viribus facit, quod est in
se; ergo Deus homini facienti, quod est in se, non de-
negat gratiam & consequenter dat gratiam.

R. N maj. Deus enim homini legem naturalem
servanti non dat infallibiliter gratiam, nisi Deus volue-
rit specialiter, ut servando legem naturalem gratiam
consequeretur, & tunc observatio legis naturalis non
est præparatio ad gratiam, inquantum est ab homine,
sed inquantum est à Deo. Est solutio Ang. Doctoris l.
cit. in O. ubi ita: *Potest præparatio (hominis facien-
tis, quod in se est) dupliciter considerari: unoquidem
modo secundum quod est à libero arbitrio & secundum
hoc nullam habet necessitatem ad gratiæ consecutionem,
quia donum gratiæ excedit omnem preparationem virtu-
tis humanae, alio modo potest considerari secundum
quod est à Deo movente & tunc habet necessitatem ad
id, ad quod ordinatur à Deo non quidem coactionis sed*

infallibilitatis ; quia intentio Dei deficere non possest.

QUÆSTIO IV.

An homo possit scire se habere gratiam?

DICO. *Homo non potest per certitudinem dijudicare, utrum ipse habeat gratiam S. Th. hic Q. 112. a. 5. O.*

Probatur 1. Ex Trid. sess. 6. de justif. cap. 9. Ubi dicitur : *sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deque Sacramentorum virtute & efficacia dubitare debet : sic quilibet, dum seipsum suamque propriam infirmitatem & indispositionem respicit, de sua gratia formidare & timere potest, cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum.*

Ex quo formatur 2dò. hoc argumentum : si homo viator sine speciali revelatione certo scire posset, se esse in statu gratiae, id posset vel certitudine naturali vel certitudine fidei ; non certitudine naturali : hanc enim haberet à causa gratiae, vel ab effectu gratiae infallibiliter cum gratia connexo ; non potest habere certitudinem ex causa gratiae : quia seclusa speciali revelatione nemo potest certo cognoscere causam gratiae principalem videlicet voluntatem Dei, nam quae Dei sunt, nemo cognovit nisi Spiritus Dei 1. Cor. 2. v. 11. neque ex causa instrumentalis gratiae, ut sunt Sacra menta : quia valor Sacramentorum dependet ab intentione legitimis ministri, quae sine speciali revelatione certo cognosci nequit ; cum non constet, an debitam intentionem in administratione Sacramentorum habuerit, an sic baptizatus, an legitimè ordinatus. Præterea effectus Sacramentorum certè cognosci nequit, cum non constet de causa dispositivâ : an actus fuerit supernaturalis proveniens à motivo supernaturali ; nec ab effectu gratiae

De
nisi hac certitudi
cālē revelatione
possimus.
Deinde etiam i
naturali statu gracie
habent, nisi aliqui
revelatum à Deo,
necessariam conse
nuntur in gratia
supponitur ; nec
cum consequentia
revelatione habeat
distractor ei, qui
veniunt, & dignè
peccati revelatione
Deum conversum
de ex motivo super
am suscepisse, qua
dam de peccatis ad
hanc consequentia
ego absque specia
certitudine fidei, n
Obj. 1. Si hor
gratiam non posset
cavendum : semper
et in statu disgraci
a. N. conseq.
unitearem sufficit
possimus ex parte
notalem, & ex pa
tiam, hoc autem
pot diligenter co
se mortificare reuir
1. 21. Si cor nostrum
ad Deum.

riæ hæc certitudo haberi potest, cum etiam sine speciali revelatione certitudinem de effectu habere non possimus.

Deinde etiam non potest sciri certitudine supernaturali status gratiæ: quia nulla certitudo supernaturalis habetur, nisi aliquid vel immediatè vel mediatè fuerit revelatum à Deo, aut ex aliquo revelato deducatur per necessariam consequentiam; atqui quod homo hic & nunc sit in gratiâ, non est immediatè revelatum, ut supponitur; nec potest ex aliquo revelato per necessariam consequentiam deduci: quamvis enim ex divina revelatione habeamus, quod peccata infallibiliter remittantur ei, qui verè per pœnitentiam ad Deum convertitur, & dignè Sacramentum suscipit, attamen sine speciali revelatione nemo certus est, se fuisse verè ad Deum conversum eliciendo verum dolorem de peccatis ex motivo supernaturali, se absque obice Sacramentum suscepisse, quamvis omnem conatum ad verè dolendum de peccatis adhibuerit, nondum tamen per necessariam consequentiam sequitur, gratiam collatam fuisse; ergo absque speciali revelatione non possumus esse certi certitudine fidei, nos esse in gratiâ.

Obj. 1. Si homo Christianus non sciret se habere gratiam non posset bonâ conscientiâ suscipere ullum Sacramentum: semper enim haberet causam timendi, ne esset in statu disgratiæ.

Rz. N. conseq. quia ad excludendum conscientiæ anxietatem sufficit, quod circâ statum gratiæ habere possimus ex parte intellectûs quandam certitudinem moralem, & ex parte voluntatis bonam spem & fiduciam, hoc autem quilibet timoratus habere potest, qui post diligentem conscientiæ discussionem se nullius culpæ mortiferæ reum invenit: juxta illud I. Joannis 3. v. 21. *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.*

Obj. 2. Sacerdos baptizans infantem certò cognoscit, quod infans per Baptismum suscipiat gratiam: cum ex parte infantis nullus possit esse obex: & ex parte baptizantis sciri possit, quod habeat legitimam intentionem, adhibeat veram aquam naturalem, verba debito modo proferat; si ergo homo de alio scire possit, an sit in gratiâ; multò magis de seipso id scire poterit.

R. N. conseq. Disparitas est: quod ad cognoscendum certò & infallibiliter propriam justitiam necesse sit pro certo scire, quod dispositus fuerit: cum justificatio adulti dependeat à dispositione peccatoris, quam sine speciali revelatione nullus infallibiliter scire potest: cum infallibiliter quis discernere nequeat: an actus præcedentes Sacramentum vel justificationem fuerint supernaturales, processerint ex motivo supernaturali, sint ex principio supernaturali; at baptizans, ut certò cognoscat infantem à se baptizatum per Baptismum fuisse justificatum, plus non exigitur, quam ut sciat se habuisse debitam intentionem, adhibuisse debitam formam & materiam, à quibus solis dependet valor Baptismi.

Obj. 3. Qui commisit peccatum, certò scire potest se id commisisse & consequenter esse in statu disgratiæ; ergo etiam qui habet gratiam, de illâ potest esse certus.

R. N. conseq. Disparitatem dat D. noster, quod peccatum habeat pro proprio objecto bonum comunabile, quod nobis est notum, objectum verò & finis gratiæ est nobis ignotus propter sui luminis immensitatem juxta illud ad Timoth. ult. *lucem inhabitat inaccessibilem.*

Obj. ult. Apost. Rom. 8. v. 16. confidenter afferit: *Ipse Spiritus testimonium reddit spirui nostro, quod sumus filii Dei.* Confidentius v. 38, *Certus sum, quia noque*

De

reue muri neque
Dñ. I. Jois 3. 7.
Nascimur, qu
vitam.
R. Apololos 14
per sona omnium p
proprio loquuntur
latore cognoverit
unus certitudine
nam nullus fi
cerebore potest,
ritualiter.

DISPU

D
P Recipius grati
hominae De
si adveniat homini
justificari, brevi justifi
contra hereticos d
controversia decidi

Q

An justificat
N Egit id de
cum justific
punit Christi ipi
DICO. Hoc,
homini, importa
sum non impun
Probatur ex T
dixerit homines j
Christi vel sola pe
charitate, quasi
affundatur aliqui

*neque mors neque vita poterit nos separare à Charitate
Dei. I. Jois 3. v. 13. ait Evangelista & Apostolus :
Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad
vitam.*

R. Apostolos loqui non in propriâ personâ, sed in personâ omnium prædestinatorum; aut si de personis propriis loquantur, intelligendi sunt, quod ex revelatione cognoverint statum gratiæ; alias quamvis certum sit certitudine fidei in Ecclesiâ dari sanctos & justos, attamen nullus fidelis in particulari sine revelatione certò scire potest, se esse in gratiâ, sed tantum conjecturaliter.

DISPUTATIO XXVII.

De justificatione impii.

PRæcipiuus gratiæ sanctificantis effectus est reddere hominem Deo gratum & amicum, justum, unde si adveniat homini existenti in peccato mortali eundem justificat, sive justum facit de hac justificatione aliqua contrà hæreticos declaranda, aliqua inter Catholicos controversa decidenda sunt.

QUÆSTIO I.

An justificatio fiat per formam inherentem?

NEgant id de facto fieri hæretici doginatizantes totam justificationem impii in hoc consistere, quod justitia Christi ipsi imputetur, contrà quos

DICO. *Hoc, quod est Deum non imputare peccatum homini, importat quandam effectum in ipso, cui peccatum non imputatur. S. Th. hic Q. 113. a. 2. ad 2.*

Probatur ex Trid. sess. 6. de justif. Can. XI. Si quis dixerit homines justificari vel solâ imputatione justitiae Christi vel solâ peccatorum remissione exclusâ gratiâ & charitate, qua in cordibus eorum per Spiritum sanctum diffundatur atque illis inharet; aut etiam gratiam